



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 61. Auxilia contra Turcas Poloniae Regi a Pontifice promissa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.  
A. C. 1487.

§. LXI.

*Auxilia contra Turcas Poloniæ Regi  
a Pontifice promissa.*

Efflagitabat hoc anno Casimirus Poloniæ Rex opem ab Innocentio Papa adversus Turcas, qui Lithuaniam & Russiam infestis excursionibus foede vastabant. Justis precibus flexus Papa subsidia promissit, dataque epistola omnes vicinas Nationes, Polonos, Porussos, Livones, Germanos & Bohemos, promissa noxarum venia, atque æternæ salutis spe, hortatus est, ut sacram militiam professi Casimirum Regem pro tuenda Christiana religione in hac sacra expeditione sequerentur, eos vero, qui, præfato Rege in bello contra Turcas existente, inducias cum Polonia indictas violare, aut Pontificis mandatum infringere attentaverint, excommunicatos declaravit.

Raynald. ib.

§. LXII.

*Fœdus inter Innocentium Papam, &  
Venetos.*

Summus Pontifex, ut validiora Casimiro Regi auxilia subministrari possent, ad redintegrandam in Italia pacem indefessum studium adhibebat. Equidem concordia nuper cum Ferdinando Neapolis

Naucler.  
chron. gener.

50.  
Raph. Vo-  
lat. lib. 4.

polis